



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 33. Hugo de Campoflorido Cancellarius Parisiensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

travæ, quem anno millesimo centesimo Sæcul. XH.
sexagesimo quarto Alexander Papa III. A. C. 1159.
sub Garcia, primo Magistro confirma-
vit.

§. XXXIII.

*Hugo de Compostorido Cancellarius
Parisiensis.*

Hugo de Campoflorido Cancellarius
Regis Franciæ ad Dominum suum
cum Rege Angliæ conciliandum egre-
giam operam contulerat, quod ex epi-
stola Hadriani Papæ ad eum data dispici-
mus, in qua profitetur, quam gratum
sibi fecisset. Ex compluribus aliis au-
tem cognoscimus, quanto studio Hadria-
nus Hugoni plura Beneficia conferri &
conservari curaverit. Erat Hugo Ca-
nonicus Parisiensis & Aurelianensis, ac
Papa utriusque Capituli Canonicis præ-
cepit, ut ipsi Præbendæ suæ redditus, in
quocunque loco existeret, conserva-
rent (*). In alia epistola Hadrianus
Theobaldum Episcopum Parisiensem ro-
gat,

Ep. 20.

Ep. 11. 14.

Ep. 13. 24.

24.

X 2

(*) Ex hoc loco Jurisprudentiæ Canonice
studiosius cognoscet, quod in Sæculo XII. de-
mum aliqui plura quidem Beneficia possederint,
sed ita, ut solum tunc etiam fructus percipe-
rent, si ibi statuto tempore residerent, & Ha-
drianus IV. Papa primus legatur circa Residen-
tiam Canonicorum dispensasse.

Sæcul. XII.
A.C. 1159.

* Dignitatem
fine juris-
dictione.

ep. 10.

ep. 12. 16.

41. 11. 97
42. 12. 98

gat, ut Hugoni primum Personatum* vel aliam Dignitatem in sua Ecclesia vacaturam conferat. In alia rursus epistola Canonicis Parisiensibus mandat, Hugoni Cancellario primam in Ecclesia sua Dignitatem, & primas in Claustro suo domos, quamprimum vacassent, concedant. Eisdem Hugoni Papa magnum Archidiaconatum Attrebatensem, quem ab Episcopo Godefrido acceperat, confirmavit. Quia vero Episcopus, cum ipsi hoc Beneficium daret, juramentum exegerat, quod sibi Cancellarii officium resignare vellet, cum Pontifex a vinculo hujus juramenti tanquam illiciti absolvit. Papa præterea de Episcopo Attrebatensi conqueritur, quod Hugoni Archidiaconatum tribuens, ei quamdam Ecclesiam, quam tenebat, abstulisset. Jubeat eam restitui, & Archiepiscopum Remensem rogat, ut istud executioni dari procuret.

Hæc prima sunt Exempla, quæ notavi, ubi Summus Pontifex in Residentia Canonicorum aut pluralitate Beneficiorum dispensavit, ac etiam literas commendatitias seu mandata misit, quibus Collatores Ordinarios ad promittenda Beneficia, necdum vacantia, obligaret. Maximi vero momenti hæc fuisse, quæ exinde secuta sunt, docent. Hugo de Campo florido ad Episcopatum

Call. Chron.

scopatum Sueffionensem, Ansculfo deci- Sæcul. XII.
 ma nona Septembris anno millesimo cen- A. C. 1159.
 tesimo quinquagesimo nono defuncto,
 evectus est, quo non obstante Franciæ
 Cancellarii munus retinuit.

§. XXXIV.

*Petrus Lombardus Magister senten-
 tiarum.*

Eodem anno millesimo centesimo quin-
 quagesimo nono iter æternitatis in-
 gressus est Theobaldus Episcopus Pari- Rob. de mon.
 siensis, cumque per ejus obitum Episco- Année 1158.
 patus & Jus Regale ad manus Regis de-
 venissent, Bonorum partem Monialibus
 Olbiensibus * dedit, qua toties quoties * Hiere.
 Sedes vacaret, fruerentur. Hic primus Gall. Chron.
 Titulus est, qui mihi in Historia occur- to. 1. p. 434.
 rit, ex quo Jus Regale Regum Franciæ
 probetur.

Theobaldi successor Petrus Lombardus fuit, in cujus gratiam Philippus Ar- Prew. lib.
 chidiaconus Parisiensis, Regis Ludovici Gall. c. 16.
 frater, cum ipse Episcopus electus fuis- n. 2.
 set, jure suo cessisse dicitur. Sed Pe- Rob. 1159.
 trus Sedem Parisiensem haud diu tenuit,
 nam ex Actis certis constat, Mauritium
 ejus successorem jam anno millesimo
 centesimo sexagesimo Ecclesiæ Parisiensi
 præfuisse. Petrus vero prope Novariam Duboulay
 in Longobardia natus, postquam Bono- Hist. univ.
 niæ to. 2. p. 326.